

Johann Bacmeister

**Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doct. ac Professor, ad Exequias funebres Dn. Joannis Garmeri Patritii Hamburgensis, quas ... Dn. Joannes Bernhardus Buchius, huius reipubl. Senator, defuncti affinis ... paratas cupit, Omnes omnium ordinum cives Academicos officiose & amanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447797>

Druck Freier  Zugang




Bacmeister, J.,  
in J. Garmer.

Rostock. 1626.

31







RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
JOANNES BACMEISTERUS,  
Phil. & Med. Doct. ac Professor,

ad  
Exequias funebres  
*Præstantissimi & literatissimi juvenis*  
DN.


# JOANNIS GARMERI

Patritij Hamburgensis,  
quas

*Prudentissimus vir*  
Dn. JOANNES BERNHARDUS

BUCHIUS, hujus reipubl. Senator, defuncti  
affinis, hodiè ad mediam primam in templo  
Mariano, paratas cupit,


Omnes omnium ordinum cives Aca-  
demicos officiosè & amanter  
vitat.



Rostochi

Typis PEDANIANIS,

ANNO clc 1o CXXVI.



RECTOR

ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS,

JOANNES  
BACMEISTERUS,

Phil. & Med. D. ac

Professor.



Ræclarè admodum & e-  
leganter Seneca lib. de  
brevit. vitæ scribit: Na-  
tura nulli se necessitatis  
sux gratiam facturam ef-  
se testata est. Quotidiè  
antè oculos nostros tran-  
seunt notorum ignotorumq; funera. Nos  
tamen aliud agimus, & subitum id putamus  
esse, quod nobis tota vita denunciatur fu-  
turum. Quantò ille justior qui nunciata fi-

lij

lij morte, dignam magno viro vocem emi-  
sit: Ego cum genui, tum moriturum scivi.  
Prorsus non mireris, ex hoc natum esse, qui  
fortiter mori posset, non accepit quasi no-  
vum nuntium filij mortem. Quid est enim  
novi hominem mori: cujus tota vita nihil  
aliud, quàm ad mortem iter est. Quisquis  
enim ad vitam editur, ad mortem destina-  
tur. Alium alio tempore fata comprehen-  
dent, neminem præteribunt. In procin-  
ctu igitur stet animus, & id, quod necesse  
est, nunquam timeat: quòd incertum est  
semper expectet. Omnes n., imò omnia  
in ultimum diem spectant, quamvis non i-  
dem universus finis sit. Alium in medio  
cursu vita deserit; alium in ipso aditu relin-  
quit; alium in extrema senectute fatigatum  
jam & exire cupientem, vix emittit: alio  
quidem atq; alio tempore, omnes tamen in  
eundem locum tendimus. Cum verò na-  
turalis hujus moriendi necessitatis consi-  
deratio vel nunquam, vel rarò animum no-  
strum subeat annon paternè & amicè nobi-  
scum agit pater noster cœlestis, dum quasi



Parietis vicini, sæpè etiam recentis impulsione & lapsu nobis quoq; ruinam imminere non tacitè monet, sed alta veluti voce clamat, ut ita ex profundo securitatis somno excitati, ad quemvis casum parato simus animo, & quotidie alijs quod accidit, nobis etiam accidere posse statuamus. Ita enim existimare debemus, juvenum ætate ac viribus florentium, virtutisq; studiosorum funera nihil aliud sibi velle, quam ut & ip quibus multum ætatis jam peractum est, parum sibi superesse, quiq; vix ejus telam sunt exorsi, facili momento eandem incidi posse meminerint: & qui voluptatibus operam dant, mortem sibi quotidie imminere: qui verò virtutem à prima pueritia sectati sunt, vitam non manè ipio sed usu sibi datam recordentur. Semel enim, ut Poëta loquitur, Calcanda via lethi, sive serius id fiat, & decurso jam pleno vitæ spacio, sive ocyus & in ipso statim limine. Cujus rei exemplum hodiè nobis exhibet, præstantissimus adolescens, Dn. JOANNES GARMERUS, ex percelebri GARMERORUM familia

lia patritia Hamburgi ortus, quem mors in  
ipso ætatis flore, priusquam ad solidam glo-  
riam & suam & patriæ maturesceret, immi-  
ti & fatali falce demessum, ad pedes nostros  
dejecit. Natus est autem piè defunctus no-  
ster, & in tenebricosum hunc mundi carce-  
rem ingressus est, anno 1605, uti populares  
& amici ejus, quibus cum familiaris ali-  
quantò conversatus, fuit arbitrantur, Patre  
præstantissimo, & literatiss. viro, Dn. JO-  
ANNE GARMERO, reipub. Hambur-  
gensis Octo viro dignissimo, quem virum  
in signi prudentia & rerum usu singulariter  
ornatum esse, rerum quoq; Mathematica-  
rum & Historicarum scientia non vulgari  
præditum accepimus: matre verò BAR-  
BARA ab EITZEN. Ab utroq; nihil omis-  
sum est, quod ad excolendam ipsius indo-  
lem, & naturæ, quibus ornatus fuit, bona  
perficienda pertinere arbitrarentur. Jactis  
itaq; in schola patria, sub optimis & doctis-  
simis Præceptoribus, bonarum artium &  
linguarum fundamantis, ante annum men-  
se Julio à prædicto parente suo, in hanc no-  
stram

firmam ablegatus est Academiam, ut studia  
sua benè cæpta, feliciter continuaret, ubi  
nulli pepercit operæ, sed sedulò id egit ut  
eam sibi eruditionem compararet, quò pa-  
triæ aliquando utiliter inservire, toti suæ fa-  
miliæ, parentibus, sibiq; ipsi singulari hono-  
ri & ornamento esse posset. Sed aliter visum  
Deo opt. max. qui eum, nostra quidem opi-  
nionem, citius ex statione sua evocavit, attam-  
en rectissimè novit, quid nobis nostrisq;  
expediat. Mœstissimo itaq; parenti in divi-  
no beneplacito, patienter erit acquiescen-  
dum, siquidem sciat filium suum isti jam vi-  
tæ redditum, in qua sana, pura, firma & in-  
tegra omnia, à quâ abest error, exsulat do-  
lor, ubi requies sine tædio, gaudium sine fa-  
stidio, voluptas solida, securitas perpetua.  
Hac ipsa quoq; Consolatione sese erigent,  
vir Amplissimus & Prudentissimus, Dn. AL-  
BERTUS ab EITZEN, Reipub. Hambur-  
gensis Consul meritissimus, piè defuncti  
nostri avunculus, cui vitam longævam, &  
felicem gubernationem ex animo preca-  
mur; nec non fratres & sorores superstites,  
quo-

rum plures esse intelleximus, & ex priori quidem conjugio cum BARBARA ab EITZEN inito, Dn. HENRICUM J. U. Candidatum, qui per annos aliquot, in VVitebergensi, Jenensi, & nunc Gryphisvaldensi Academij Juris studio sedulam navavit operam, & etiam num navat, ALBERTUM, THEODORUM, duasq; sorores, CAECILIAM & MARGARETAM; ex posteriori verò cum ANNA KOPIA, Prudentissimi viri, Dn. JOANNIS BERNHARDI BUCHII, hujus nostræ Reipubl. Senatoris dignissimi, Cōjugis CÆCILIAE ex fratre nepte, contracto quatuor filios, sororesq; itidem duas, qui pleriq; omnes adhuc in vivis esse dicuntur. Avum paternū habuit piè defunctus noster, Dn. HENRICUM GARMERUM, Senatorem Reipub. Hamburgensis: aviam vero CÆCILIAM von Bergen. Maternam lineam quod spectat, avus ipsi fuit, vir itidem ordinis Senatorij prudentissimus, Dn. DANIEL ab EITZEN: avia verò MARGARETA Hackemans. Utraq; verò avia, una post alteram è vivis sublata, DOROTHEA KOPES, præfati Dn. JOANNIS BERN-

HAR-

HARDI BUCHII, Conjugis sorori, utriq; avo  
piè defuncti nostri successivè matrimonio  
juncta fuit. Ex his tam præclaris, & præci-  
pui familijs GARMERUS noster prognatus,  
qui ab aliquot jam annis infirmiori usus est  
valetudine, tandem Empyematicus factus  
nudius quartus piè & placidè obdormivit.  
Cum autem hoc tempore à nobis aliud  
officium flagitare & petere nequeat, quàm  
ut exuvie corporis sui relictæ, terræ omniũ  
matri, honesto sepulturæ ritu, reddantur;  
nostræ pietatis fuerit ultimum officium,  
quod parentes & propinqui, si in patriæ  
gremio animam efflasset, præstituri fuerät,  
in clarissimarum familiarum honorem, lu-  
bentianimo & frequëti concursu præstare.  
Ut igitur Domini Professores D. D. M. M. Ecclesiæ mini-  
stri, & Studiosi adolescentes hodiè hora media prima in  
templo Mariano convenire, & honorifica funeris dedu-  
ctione, suam in demortuum pietatem, & in hospitem  
& affinem ejus, Dn. JOANNEM BERNHARDUM  
BUCHIUM, qui domestico hoc luctu, non parum per-  
turbatus est, benevolentiam, in parentem moestissi-  
mum amorem, ipsam deniq; Rempubl. Hamburgensem  
observantiam testari velint, etiam atq; etiam rogamus  
& hortamur, P. P. 18. Julij Anno 626.






GK







rum plures esse intellexim  
quidem conjugio cum BA  
ZEN inito, Dn. HENRICU  
datum, qui per annos aliqu  
genſi, Jenenſi, & nunc Gryp  
cademijs Juris ſtudio ſedul  
ram, & etiam num navat, A  
DORUM, duasq; ſorores, CA  
GARETAM; ex poſteriori  
KOPIA, Prudentiſſimi vir  
BERNHARDI BUCHII, hujus  
Senatoris digniſſimi, Cōju  
fratre nepte, contracto qu  
reſq; itidem duas, qui pl  
huc in vivis eſſe dicuntur.  
habuit piè defunctus noſte  
cum GARMERUM, Senatore  
burgenſis: aviam vero Cæ  
gen. Maternam lineam qu  
ipſi fuit, vir itidem ordini  
dentiſſimus, Dn. DANIEL  
verò MARGARETA Hackema  
avia, una poſt alteram è viv  
THEA KOPES, præfati Dn.



the scale towards document

priori  
b EIT-  
Candi-  
iteber-  
enſi A-  
vit ope-  
THEO-  
X MAR-  
ANNA  
ANNIS  
cipubl.  
LIAE EX  
s, ſoro-  
nes ad-  
paternu  
ENRI-  
o. Ham-  
on Ber-  
t, avus  
rij pru-  
N: avia  
q; verò  
DORO-  
S BERN-  
HAR-